**E**rat autem terra labij vnus et sermo num eorundem. Cumq; proficisceretur de oriente inuenerunt campum in terra Sennaar et habitauerunt in eo. Dixitq; alter ad proximum suum. Venite faciamus lateres et coquamus eos igni. Habueruntq; lateres pro saris. et bitumen pro cemento: et dixerunt. Venite: faciamus nobis ciuitatem et turrem cuius culcumen pertingat vsq; ad celum. et celebremus nomen nostrum anteq; diuisa mur in vniuersas terras. Descendit autem dominus vt videret ciuitatem et turrem qua edificabant filii adam: et dixit. Ecce vnus est populus et vnum est labium omnibus. Leperuntq; hoc facere: nec desisterunt a cogitationibus suis donec eas opere compleant. Venite igitur descendamus et confundamus ibi linguam eorum. vt non audiat vnusquisq; vocem proximi sui. Atq; ita diuisit eos dominus ex illo loco in vniuersas terras. et cessauerunt edificare ciuitatem. Et idcirco vocatum est nomen loci illius babel quia ibi confusum est labium vniuersae terre. Et inde dispersit eos dominus super faciem cunctarum regionum. De sunt generationes sem. Sem erat centum annorum quando genuit arpharat. biennio post diluuium. Uixitq; sem postq; genuit arpharat quingentis annis. et genuit filios et filias. Porro arpharat uixit trigintaquingentis annis et genuit sale. Uixitq; arpharat postq; genuit sale trecentis tribus annis. et genuit filios et filias. Sale quoq; uixit triginta annis et genuit beber. Uixitq; sale postq; genuit beber quadringentis tribus annis. et ge-

nuit filios et filias. Uixit autem beber trigintaquatuor annis. et genuit pbalech. Et uixit beber postq; genuit pbalech quadringentis triginta annis. et genuit filios et filias. Uixit quoq; pbalech triginta annis. et genuit ikeu. Uixitq; pbalech postq; genuit ikeu ducentis nouem annis. et genuit filios et filias. Uixit autem ikeu trigintaquingentis annis. et genuit saruch. Uixit quoq; ikeu postq; genuit saruch ducentis septem annis. et genuit filios et filias. Uixit autem saruch triginta annis. et genuit nachor. Uixitq; saruch postq; genuit nachor ducentis annis. et genuit filios et filias. Uixit autem nachor viginti nouem annis. et genuit tbare. Uixitq; nachor postq; genuit tbare centum decem et nouem annis. et genuit filios et filias. Uixitq; tbare septuaginta annis. et genuit abram et nachor et aram. De sunt autem generatione tbare. Tbare genuit abram. nachor et aram. Porro aram genuit loth. Mortuusq; est aram ante tbare patrem suum in terra natiuitatis sue in bur chaldeorum. Duxerunt autem abram et nachor vxores. Nomen vxoris abram Sarai. Et nomen vxoris nachor. Melcha filia aram patris melche et patris iesche. Erat autem Sarai sterilis: nec habebat filios. Tulit itaq; tbare a bra filium suum et Loth filium aram filium filij sui et Sarai nurum suam. vxorem abram filij sui. et eduxit eos de bur chaldeorum et iret in terram chanaan. Ueneruntq; vsq; aran: et habitauerunt ibi. Et facti sunt dies tbare ducentorum quinq; annorum: et mortuus est in aran.

**C. L. S.** De egressu abre de chaldaea et ascensu eius in egyptum cum sarai quam sororem dixerat. **Ca. XII**

**D**ixit autem dominus ad abram. Egredere de terra tua. et de cognatione tua et de domo patris tui: et veni in terram quam monstrauero tibi. Faciamq; te in gentem magnam. et benedicam tibi. et magnificabo nomen tuum. erisq; benedictus benedicam benedicientibus tibi. et maledicam maledicentibus tibi. Atq; in te benedicentur vniuersae cognationes terre. Egressus est itaq; abram sicut preceperat ei dominus. et iuit cum eo loth. Septuagintaquingentis annorum erat abram cum egredere de aran. Tulitq; Sarai vxorem suam. et Loth filium fratris sui vniuersamq; substantiam quam possederant. Et animas quas fecerant in aran. et egressi sunt vt irent in terram chanaan. Cumq; venissent in eam: pertransiit abram terram vsq; ad locum sicchem. et vsq; ad couallem illustrem. Chanaanus autem tunc erat in terra. Apparuit autem dominus abram et dixit ei. Semini tuo dabo terram hanc. Qui edificauit ibi altare domino cui apparuerat ei. et inuocauit ibi nomen eius. Et inde transgressions ad montem qui erat

lpa. i. d

z

z

z

z

i. Para. i. b  
iosue. xxiija

Debre. xi. c

Judith. v. a  
Sap. r. a

Act. vij. a

Act. iij. d  
Debre. xi. b

z

contra orientem betbel. tetendit ibi tabernaculus suum: ab occidente habens betbel: et ab oriente bai. Edificauit quoque ibi altare domio et inuocauit nomen eius. Perrexitque abram vadens et ultra progrediens ad meridiem. Facta est autem fames in terra. Descenditque abram in egyptum ut peregrinaretur ibi. Preualuerat enim fames in terra. Cumque prope esset ut ingrederetur egyptum: dixit Sarai uxor sue. Noui quod pulchra sis mulier: et quod cum uiderit te egyptij: dicturi sunt: uxor illius est: et interficient me. et te reseruabunt. Dic ergo obsecro te quod soror mea sis: ut bene sit mihi propter te et uiuat anima mea ob gratiam tuam. Cumque ita ingressus esset abram egyptum: uiderunt egyptij mulierem quod esset pulchra nimis. Et nunciauerunt principes pharaonis: et laudauerunt eam apud illum. Et sublata est mulier in domum pharaonis. abram uero bene usus sunt propter illas. Fueruntque ei oues et boues et asini et serui et familie et asine et cameli. Flagellauit autem dominus pharaonem plagis maximis et domum eius propter Sarai uxorem abram. Uocauitque pharaon abram: et dixit ei. Quid nunc est hoc quod fecisti mihi? Quare non indicasti mihi quod uxor tua esset? Quare ob causam istam esse sororem tuam: ut tollerem eam mihi in uxorem? Nunc igitur ecce coniunx tua accipe eam et uade. Precepitque pharaon super abram uirum et deduxerunt eum et uxorem eius. et omnia que habebat.

¶ De diuisione abram et loth diuisus et promissione terre abre. La. XIII

**A**scendit ergo abram de egypto ipse et uxor eius: et omnia que habebat et loth cum eo ad australem plagam. Erat autem diues valde in possessione auri et argenti. Reuersusque est pariter quo uenerat a meridie in betbel. usque ad locum ubi prius fixerat tabernaculum inter betbel et bai in loco altaris quod fecerat prius. et inuocauit ibi nomen domini. Sed et loth qui erat cum abram fuerunt greges ouium et armenta et tabernacula nec poterat eos capere terra ut habitarent simul. Erat quippe substantia eorum multa: et nequibant habitare communiter. Unde facta est rixa inter pastores gregum abram et loth. Eo autem tempore chananeus et pherezus habitabant in terra illa. Dixit ergo abram ad loth. Ne queso sit iurgium inter me et te. et inter pastores meos et pastores tuos: fratres enim sumus. Ecce uniuersa terra coram te est recede a me obsecro. Si ad sinistram ieris. ego dexteram tenebo. si tu dexteram elegeris. ego ad sinistram pergā. Eleuauit itaque loth oculis uidit omnes circa regionem iordanis: que uniuersa irrigabatur antequam subuerteret dominus Sodomam et Gomoram sicut paradisus domini: et sicut egyptus uenientibus in segor. Elegit sibi loth regionem circa iordanem et recessit ab oriente. Diuisi sunt alterutrum a

fratre suo. Abram habitauit in terra chanaan Lotb uero moratus est in oppidis que erant circa iordanem. et habitauit in sodomis. Idomines autem sodomite pessimi erant et peccatores coram domino nimis. Dixitque dominus ad abram postquam diuisus est ab eo loth. Leua oculos tuos in directum. et uide a loco in quo nunc es ad aquilonem et meridiem ad orientem et occidentem. Omnem terram quam conspicias tibi dabo et semini tuo usque in sempiternum faciamque semen tuum sicut puluerem terre. Si quis potest dominum numerare puluerem terre. Semen quoque tuum numerare poterit. Surge ergo et perambula terram in longitudine et in latitudine sua. quia tibi daturus sum eam. Mouens igitur tabernaculum suum abram. uenit et habitauit iuxta conualles mambre que est in bebron. Edificauitque ibi altare domino.

¶ De pugna regum. de victoria Abre liberantis loth. et obuiatione melchisedech.

**A**ctum est autem in illo tempore La. XIII ut amrappel rex sennaar et arioch rex et poti chodolaomor rex elamitarum et tbadal rex gentium inirent bellum contra Basa regem sodomorum et contra bersa regem gomorre. et contra sennaar regem adame et contra semeber regem seboym contraque regem bale ipsa est segor. Omnes hi conuenerunt in uallem siluestres que nunc est mare salis. Duodecim enim annis seruiuerant chodolaomor. et tertio decimo anno recesserunt ab eo. Igitur quartodecimo anno uenit chodolaomor et reges qui erant cum eo et percusserunt raphaym in astaroth et carnaym et zuzim cum eis. et enim in saba cariatbaim et choureos in montibus seyr. usque ad campestriam pharan. que est in solitudine. Reuersi sunt et uenerunt usque ad fontem mephat ipsa est cades et percusserunt omnem regionem amalechitarum et ammoreorum qui habitabant in asafontbamar. Et egressi sunt rex sodomorum et rex gomorre. rexque adame. et rex seboym necnon et rex bale que est segor. et duxerunt aciem contra eos in ualle siluestri. scilicet aduersus chodolaomor regem elamitarum et tbadal regem gentium et amrappel regem sennaar et arioch regem ponti. quattuor reges aduersus quinque. Uallis autem siluestris habebat puteos multos bituminis. Itaque rex sodomorum et rex gomorre terga uerterunt. cecideruntque ibi et qui remanserant fugerunt ad montem. Tulerunt autem omnem substantiam sodomorum et gomorreorum et uniuersa que ad ebum pertinent et abierunt. Necnon et loth et substantiam eius filium fratris abram qui habitabat in sodomis. Et ecce unus qui euaserat nunciauit abram hebreo qui habitabat in conualle mambre ammorei fratris eschol et fris Aner. Hi enim pepigerant sed cum abram. Quod cum audisset abram capium uidel? loth fratrem suum. nunciauit expeditos per

J. xx. c.

D

B

J. xx. c. l. a.

Diere. xl. b.

L

J. xvij. b. et. xxv. a. eb: co. Roman

B

B

B

na. f. ii. ala. f. iij. aco. ij.

L

J. vij.

L



nauculos suos trecentos decē et octo et psecutus est eos vsq; Dan. Et diuisis socijs irruit super eos nocte. Percussitq; eos et psecutus est vsq; soba et pbenicen. que est ad leuā damasci. Resurxitq; omnem substantiam: et loth fratrem suū cū substantia illius mulieres q; et populū. Egredius est aut rex sodomor in occursum eius: post q; reuersus est a cede chodorlaomor: et regum q; cum eo erant in valle sabe: que est vallis regis. At vero melchisedech rex salem: proferens panem et vinum: erat enim sacerdos dei altissimi. **B**enedixit ei et ait. **B**ndictus abraz deo et celso qui creauit celum et terram: et benedictus deus excelsus q; ptegente hostes in manibus tuis sunt. et dedit ei decimas et omnibus. **D**ixit autem rex sodomor ad abram. Da mihi animas: cetera tolle tibi. **Q**ui respondit ei. **N**o manū meā ad dñm deum excelsus. possessorem celi et terre q; a filo sub tegminis vsq; ad corrigiam caligē nō accipiam et omnibus que tua sunt. nec dicas ego ditavi abram: exceptis his que comederunt iuuenes et partibus viorum qui venerunt mecum aner. eschol et mambrē. **I**sti accipiant partes suas.

**C. L. S.** De pmissiōe abre seminis: et terre datur signum abre ysaac.

**C. XV**

**I**s itaq; transfactis: factus est sermo dñi ad abram per visionē: dicens. **N**o li timere abram ego protector tuus et merces tua magna nimis. **D**ixitq; abram. **D**ñe de qd dabis mihi? **E**go vadā absq; liberis et filijs pcuratoris domi mee iste damascus elyfer. **A**ddiditq; abram. mihi aut nō disti semen: et ecce vernaculus me heres me erit. **S**tatimq; sermo dñi factus est ad euz dicens. **N**on erit hic heres tu: sed qui egrediet de utero tuo ipm. habebis heredē. **E**dixitq; eū foras et ait illi. **S**uspice celū et numera stellas si potes. **E**t dixit ei. **S**ic erit semen tuum. **E**redidit abram deo: et reputatum est illi ad iustitiam. **D**ixitq; ad euz. **E**go dñs qui eduxi te de v: chaldeorum: vt darē tibi terrā istā et posside res eam. **A**t ille ait. **D**ñe de vnde scire possuz q; possessurus sum eam. **E**t respondit dñs. **S**ume inquit mihi vaccā triennē et caprā trimā et ariterē annoz triuz: turturē q; et colūbam. **Q**ui tollēs vnīuersa hec diuisit ea p mediū et vtrasq; ptes cōtra se altrinsecus posuit. **A**ues aut nō diuisit. **D**escenderūtq; volucres sup cadauera et abigebat eas abram. **L**ūq; sol occuberet: sopor irruit sup abram et horor magnus et tenebrosus inuasit eum. **D**ictūq; est ad euz. **S**cito presens noscens q; pegrignū futurū sit semen tuū i terra nō sua: et subiciēt eos seruituti: et affligēt quadrīgētis annis. **V**erūtāmē gentē cui seruituti sunt ego iudicabo: et post hec egredient cū magna substantia. **T**u aut sbis ad patres tuos i pace sepultus in senectute bona. **G**eneratiōe aut quarta reuertent huc. **N**ecdū em cōplete sunt inq; rates amorreoz vsq; ad pñs tps. **L**ū ergo occubisset sol: facta ē caligo tenebro

sa: et apparuit clibanus fumans et lampas ignis transiens inter diuisiones illas. **I**n illo die pepigit dñs fedus cū abram dicens. **S**emini tuo dabo terrā. a flumē egypti vsq; ad flumē magnū eufraten. **E**ineos et cenezeos. cerbimoneos. et etbeos. et pberezeos. raphaim q; et amorreos. eueos et chananeos et gergeseos et sebuseos.

**C. L. S.** De conceptu agar et fuga eius et natiuitate bismael.

**Cap. XVI**

**S**itur sarai vxor abram nō genuerat sibi liberos. sed hñs ancillā egyptiā nomine agar. **D**ixit marito suo. **E**cce clausit me dñs ne parerē ingredi ad ancillam meā si forte saltē ex illa suscipiam filios. **L**ūq; ille acquiesceret deprecāti. tulit agar egyptiā ancillam suā post annos decē q; habitare ceperāt in terra chanaā. et dedit eā viro suo vxorē. **Q**ui ingressus est ad eā. **A**t illa cōcepisse se videns desperit dñam suā. **D**ixitq; sarai ad abram. **I**nique agis ptra me. **E**go dedi ancillā meā in sinū tuū q; videns q; concepit despectus me habet. **I**udicet dñs inter me et te. **Q**ui respōdit abram. **E**cce ait ancilla tua in manu tua est vttere ea vt libet. **A**ffligente ig; eā sarai. fugam inist. **L**ūq; inuenisset eā angelus dñi iuxta fontem aque in solitudine que est in via. **S**ur in deserto. **D**ixit ad illaz. **A**gar ancilla sarai vniuentis et quovadis? **Q**ue respondit. **A** facie sarai dñe mee ego fugio. **D**ixitq; ei angelus dñi. **R**euertere ad dominā tuā. et humiliare sub manū illius. **E**t rursus. **M**ultiplicans inquit multiplicabo semē tuum. et non numerabis pre multitudi ne. **A**c deinceps ecce ait concepisti et ptes filiū vocabisq; nomē eius bismael eo q; audierit dominus afflictionē tuā. hic erit ferus homo manus ptra oēs et manus omnīū cōtra eū. et religione vnīuersoz fratru suoz figet tabernacula. **V**ocauit aut agar nomē dñi qui loquebatur ad eam. tu deus qui vidisti me. **D**ixit em pfecto b vidi posteriora videntis me. ppterea appellauit puteū illū puteū viuētis et videntis me. **I**pse est inter cades et barad. pepitq; agar abre filium qui vocauit nomē eius bismael. **O**ctoginta et sex annoz erat abram quando peperit ei agar bismaelem.

**C. L. S.** De mutatione nominum. et circūcisōe et pmissiōe ysaac.

**Cap. XVII**

**P**ostq; vero nonaginta et nouē annoz esse ceperat. apparuit ei deus. **D**ixitq; ad eum. **E**go dominus omnipotens. **A**mbula coram me et esto perfectus. **P**onamq; fedus meum inter me et te: et multiplicabo te vehementer nimis. **E**cidit abram pronus in faciem. **D**ixitq; ei deus. **E**go sum et ponam pactum meum tecum: erisq; pater multarum gentium. **N**ec vltra vocabitur nomē tuuz abraz: sed appellaberis abraam: q; patrē multarū gentiū constitui te. **F**aciāq; te crescere vehementissime et ponā te in gentibus. regesq; ex

**I. xvij. b**  
**et. xvij. b**  
**Roma**

**A**  
**B**

**B**  
**na. liij. a**  
**ala. iij. a**  
**aco. ij. d**

**E**  
**ij. vij. a**

**B**  
**E**

**A**

**B**

**C**

**indiciū. xij. b**  
**Lu. i. c**

**D**

**A**

**I. eo.**  
**Ecci. cliv. c**  
**Roma. iij. c**

te egredientur. et statuam pactum meū in te et te et inter semen tuū post te in generatōib⁹ suis federe sempiterno: vt sim deus tu⁹ et seminis tuis post te. Daboq; tibi et semini tuo p⁹ te terrā peregrinationis tue. et oēs terrā chanaā in possessionē eternā eroq; de⁹ eorū. Dixit iterū deus ad abraam. Et tu ergo custodies pactum meū. et semē tuū post te in generatōib⁹ suis. Hoc est pactū meū qd̄ obseruabis inter me et vos et semen tuum post te. Circūcides et vobis oē masculinū et circūcideris carnē preputij vti vt sit in signū federis in te et vos. Infans octo dierū circūcides in vobis. Oē masculinū in generatōib⁹ vestris tam p̄naculus q̄ empti⁹ eius circūcideretur et q̄cūq; nō fuerit de stirpe vestra. Eritq; pactum meū in carne vestra in fed⁹ eternū. Masculus cuius preputij caro circūcisa nō fuerit delebit. Ita illa de populo suo quia pactū meū irritū fecit. Dixit q; deus ad abraam. Sara vxorē tuā nō vocabis sara: sed sarā. Et bñdicā ei. et ex illa dabo tibi filiū cui benedicturus sum. Eritq; in nationes: et reges populorū oriens ex eo. Cecidit abraā in facie suā et risit in corde suo: dicens. Putasne cētenario nasces filij et sara nonagenaria pariet? Dixitq; ad dominū. Urinā bismael viuat corā te. Et ait dñs ad abraam. Sara vxor tua pariet tibi filiū vobisq; nomen eius ysaac. Et cōstituā pactū meū illi in fedus sempiternū: et semini eius post eū. Sup̄ bismael q; exaudiui te. Ecce bñdicā ei. et auget bo et multiplicabo eū valde. Duodecim duces generabit et faciā illū crescere in gēte magnā. Pactū vō meū statuā ad ysaac. quez pariet tibi sara tpe isto. in anno altero. Cūq; finit⁹ eēt sermo loquētis cū eo ascēdit de⁹ ad abraā. Tulit autē abraā et bismael filiū suū et oēs p̄naculos domus sue vniuersosq; quos emerat. et cūctos mares ex omibus viris dom⁹ sue. et circūcidit carnem preputij eorū statim in ipsa die sicut preceperat ei deus. Abraā nonaginta et nouē erat annorum qñ circūcidit carnē preputij sui. et bismael filius suus tredecim annos implenerat tempore circūcisionis sue eadem die circūcisus est abraam et bismael filius eius: et omnes viri domus illius tā vernaculi q̄ empticij et alienigene parit̄ circūcisi sunt.

Cap. XVIII  
De tribus viris q̄ appuerūt abrae. de confabulatione dei et abrae super interitu sode.

**A**pparuit autē ei dñs in conualle mabre sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso seruore diei. Cūq; eleuasset oculos apparuerūt ei tres viri stantes ppe eum. Quos cū vidisset cucurrit in occursum eorū de ostio tabernaculi sui: et adorauit in terra et dixit. Dñe si inueni gratiā in oculis tuis ne trāses sp̄m tuum. sed afferā panicillū aque: et lauentur pedes vestri: et requiescite sub arbore. Ponāq; buccella panis et cōfortet cor vestrum: postea trāsibitis. Idcirco em̄ declinastis ad seruum vestrū. Qui dixerūt. Fac vt loquar es. Festi-

nauit abraā in tabernaculū ad sarā. dixitq; ei. Accelera: tria sara file cōmisce. et fac subcineris cios panes. Ipse vero ad armētū cucurrit et tulit inde vitulū tenerrimū et optimū deditq; puero. Qui festinauit et corit illū. Tulit q; butyrū et lac et vitulū quē coxerat et posuit corā eis. Ipse vero stabat iuxta eos sub arbore. Cūq; comēdissent dixerūt ad eū. Ubi est sara vxor tua? Ille rēdit. Ecce in tabernaculo est. Cui dicit. Reuertēs veniā ad te tpe isto: vita comite: et hēbit filiū sara vxor tua. Quo audito. sara risit p⁹ ostium tabernaculi. Erāt autē abo senes puecteq; etatis: et desiderāt sare fieri muliebria. q̄ risit oculte dicens. Postq; p̄seni et dñs me⁹ vetul⁹ est voluptati operā dabo? Dixit autē dñs ad abraā. Quare risit sara vxor tua dicens. nū vero p̄tura sum an⁹. Nūqd̄ deo q̄cūq; est difficile? Iuxta cōdictū reuertar ad te hoc eodē tpe. vita comite et habebit sara filiū. Negauit sara dicens: nō risi timore p̄territa. Dñs autē. nō est inq̄t ita: s; risisti. Cū q; surrexissent inde viri direxerūt oculos cōtra sodomā et abraā simul gradiebat: deducēs eos. Dixitq; dñs. Num celare potero abraam q̄ gestur⁹ sum: cū futur⁹ sit in gēte magnā ac robustissimā: et bñdicēde sint in eo oēs nationes terre. Scio em̄ q̄ p̄ceptur⁹ sit filijs suis et domui sue post se: vt custodiāt viā dñi: et faciāt iudiciū et iusticiā vt adducat dñs p̄p̄ abraā oia q̄ locutus est ad eū. Dixit itaq; dñs. Clamor sodomorū et gomorreorū multiplicat⁹ est. et pctm̄ eorū aggrauatū est nimis. Descēdā et videbo: vtrū clamorē qui uenit ad me ope cōp̄ euerint an nō est ita: vt sciā. Cōuerterūtq; se inde et abierunt sodomā. Abraā vō ad huc stabat corā dño: et appropinquās ait. Nūqd̄ p̄des iustū cū ipso. si fuerint q̄nquaginta iusti in ciuitate p̄būt simul et nō p̄ces loco illo p̄p̄ quinquaginta iustos si fuerint in eo? Absit a te vt rem hanc facias: et occidas iustū cū impio: sicut iustus sicut impi⁹. Non ē hoc tuū q̄ iudicas oēm terrā. Neq; facias iudiciū hoc. Dixitq; dñs ad eū. Si inuenero sodomis q̄nquaginta iustos in medio ciuitat. dimitta omni loco p̄p̄ eos. Rēdit abraā et ait. Q: semel cepi: loquar ad dñm meū cū sim puluis et cinis. Quid si min⁹ q̄nquaginta iustis q̄nq; fuerint delebis p̄p̄ q̄draginta q̄nq; vniuersaz vrbū. Et ait. Nō delebo: si inuenero ibi q̄draginta q̄nq;. Rursusq; locut⁹ est ad eū. Si autē quadraginta ibi inuēti fuerint qd̄ facies? Ait: nō pcutiam p̄pter q̄draginta. Ne q̄so inq̄t indigneris dñe si loquar. Quid si ibi inuēti fuerint triginta. Rēdit. Non faciam: si inuenero ibi triginta. Quia semel ait cepi. loquar ad dominum meū. Quid si ibi inuēti fuerint viginti? Ait. Non interficiam p̄pter viginti. Obsecro inquit ne irascat̄ ris domine: si loquar ad huc semel. Quid si inuēti fuerit ibi decē? Dixit. Nō delebo p̄p̄ decē. Abiit domin⁹ postq; cessauit loqui ad abraam et ille reuersus est in locum suum.

De subuersione Sodomorū. et liberatione Lot. et facto filiarū eius. Lapi. XIX

B

Zuc. ij. c

E

s. co.

D

Act. xvi. c

s. re. xxvii. d

B  
Rom.

Zuc. ij.

i. Pet.

E

ii. Pe.

iii. reg.

D

Sap.

E

Sap.

Esate. p̄

Amos. ii.

**U**eneruntque duo angeli sodomam vespe  
 sedente lotb in foribus civitatis. Qui cum  
 vidisset eos: surrexit et fuit obviam eis:  
 adoravitque pronus in terra. et dixit. Ob  
 secro domini declinate in domum pueri vestri. et mane  
 te ibi. Lauate pedes vestros: et mane proficiamini  
 in viam vestram. Qui dixerunt. Minime. sed in pla  
 tea manebimus. Compulsi illos oppido ut diver  
 terent ad eum. Ingressisque domum eius fecit qui  
 usum. coram azyma et comederunt. Post autem quod iret  
 cubitum. viri civitatis vallaverunt domum illius a  
 puero usque ad senem omnes populi filii. Vocaveruntque  
 lotb. et dixerunt ei. Ubi sunt viri qui introierunt  
 ad te nocte? Educ illos huc ut cognoscamus eos  
 Egressus ad eos lotb post tergum accludens ostium  
 ait. Nolite queso fratres mei. nolite malum hoc fa  
 cere. Habeo duas filias que necdum cognoverunt  
 virum. Educam eas ad vos. et abutimini eis sicut  
 vobis placuerit. dummodo viris istis nihil ma  
 li faciatis. quia ingressi sunt sub umbra culminis  
 mei. At illi dixerunt. Recede illuc. Et rursus.  
 Ingressus es inquit ut advena. nunquid ut iu  
 dices. Legimus quod ipse magis quam bos affligemur. Uim  
 que faciebant lotb vehementissime. Jamque prope  
 erat ut effringerent fores: et ecce miserunt ma  
 num viri. et introducerunt ad se lotb clausuramque  
 ostium. et eos qui foris erant percusserunt cecitate a  
 mimo usque ad marimum. ita ut ostium inuenire non  
 possent. Dixerunt autem ad lotb. Habes hic quem  
 pia tuorum generum aut filios aut filias? Omnes qui  
 tui sunt educ de urbe hac. Delebimus enim locum  
 istum. eo quod increverit clamor eorum coram domino qui mi  
 sit nos ut perdamus illos. Egressus itaque lotb. locu  
 cutus est ad generos suos qui accepturi erant filias  
 eius. et dixit. Surgite et egredimini de loco  
 isto. quia delebit dominus civitatem hanc. Et visus est  
 eis quasi ludens loqui. Tunc esset mane cogebant  
 eum angeli: dicentes. Surge tolle uxorem tuam et  
 duas filias quas babes hec et tu propter peras in  
 scelere civitatis. Dissimulante illo appenderunt  
 manum eius et manum uxoris ac duarum filiarum eius  
 eo quod parceret dominus illi: eduxeruntque eum et posue  
 runt extra civitatem. ibique locuti sunt ad eum: di  
 centes. Salva anima tua. Noli respicere propter ter  
 gum nec stes in omni circa regione. sed in monte  
 saluum te fac ne et tu simul peras. Dixeruntque lotb  
 ad eos. Queso domine mihi. quia inveniit frater tuus gra  
 tiam coram te. et magnificasti gloriam et misericordiam  
 tuam quam fecisti mecum ut saluares animas  
 meas. nec possum in monte saluari: ne forte appen  
 dendat me malum et moriar. Est civitas hic iuxta  
 ad quam possum fugere parva. et saluabor in ea.  
 Nunquid non modica est et vivet anima mea? Dixerunt  
 que ad eum. Ecce etiam in hoc suscepti preces tuas ut  
 non subvertam urbem pro qua locutus es. Festina et  
 saluare ibi. quia non potero facere quicquam donec in  
 ingrediaris illuc. Idcirco vocatum est nomen ur  
 bis illius segor. Sol egressus est super terram. et  
 lotb ingressus est segor. Igis dominus pluit super  
 sodomam et gomorrā. sulphur et ignem a domino de ce  
 lo. et subvertit civitates has et omnem circa regio

nem. universos habitatores urbium et cuncta  
 terre videntia. Respitientesque uxorem eius post se. visa  
 est in statuam salis. Abraam autem surgens mane  
 ubi steterat prius cum domino. intuitus est sodo  
 mam et gomorrā et universam terram regionis illius  
 Viditque ascendentes fauillas de terra quasi fomas  
 eis fumum. Cum enim subverteret dominus civitates  
 regionis illius. recordatus est abraam et liberavit  
 lotb de subversione urbium in quibus habitaverat  
 Ascenditque lotb de segor et mansit in monte. dueque  
 filie eius cum eo. Timuerat enim manere in segor  
 Et mansit in spelunca ipse et due filie eius cum eo. Di  
 xitque maior ad minorem. Pater noster sene est. et nihil  
 virorem remansit in terra que possit ingredi ad  
 nos iuxta moram universae terre. Veni inebriemus  
 eum vino dormiamusque cum eo ut suare possi  
 mus et propter nostrum seminem. Dederunt itaque patri suo bi  
 bere vinum nocte illa. Et ingressa est maior: dor  
 mivitque cum patre. At ille non sensit nec quando accubu  
 it filia nec quando surrexit. Altera quoque die dixit ma  
 ior ad minorem. Ecce dormivi heri cum patre meo.  
 Demus ei bibere vinum etiam hac nocte et dor  
 mies cum eo ut auerem seminem de propter nostro. Dede  
 runtque etiam illa nocte patri suo bibere vinum. In  
 gressaque minor filia dormivit cum eo. Et nec qui  
 dem tunc sensit quando concubuerit. vel quando illa surre  
 xit. Acceperunt ergo due filie lotb de propter suo. Pe  
 peritque maior filium. et vocavit nomen eius moab  
 Ipse est pater moabitaram usque in praesentem diem.  
 Minor quoque peperit filium. et vocavit nomen  
 eius amon. id est filius populi mei. Ipse est propter ammo  
 nitarum usque hodie.

**C. S. De peregrinatione abraam in geraris. et de oblatione sare et restitutione. Cap. XX**

**P**rofectus inde abraam in terras au  
 stralem habitavit inter cades et sur.  
 et peregrinatus est in geraris. Dixit  
 que de saravore sua soror mea est. Mis  
 sit ergo abimelech rex gerare et tulit eam. Ve  
 nit autem deus ad abimelech per somnium nocte  
 et ait illi. En moeris propter mulierem quam tu  
 listi. Habet enim virum. Abimelech vero non tes  
 tificat eam. Et ait. Domine num gentem ignoran  
 tem et iustam interficies. Nonne ipse dixit mihi  
 soror mea est. et ipsa ait. frater meus est. In sim  
 plicitate cordis mei et mundicia manuum mea  
 rum feci hoc. Dixitque ad eum deus. Et ego scio  
 quod simplici corde feceris. et ideo custodivi te ne  
 peccares in me. et non dimisi ut tangeres eam.  
 Nunc ergo redde viro tuo uxorem. et orabit pro  
 te. quia propheta est. et vivet. Si autem nolue  
 ris reddere: scito quod morte morieris. tu et omnia  
 que tua sunt. Statimque de nocte consurgens  
 abimelech. vocavit omnes servos suos et locu  
 cutus est universa verba haec in auribus eorum  
 Timueruntque omnes viri valde. Vocavit autem  
 abimelech etiam abraam et dixit ei. Quid fe  
 cisti nobis. Quid peccavimus in te: quia induxisti  
 super me et super regnum meum peccatum gra  
 de? Que non debuisti facere: fecisti nobis. Rur  
 susque exostulans ait. Quid vidisti. ut hoc face

Zu. xvij. g  
 Ezech. xvi. f  
 Sap. x. a  
 Osee. xi. c

Zu. xvij. d  
 Judith. x. f  
 h. pe. ij. b  
 iij. reg. vi. d  
 Sap. x. a  
 Sap. i. a  
 Esate. xij. d  
 iere. i. f  
 Amos. iij. d

B

A

b

res: Respondit abraam. Cogitavi mecum dicens. Forsitan non est timor dei in loco isto: et interficiet me propter uxorem meam. Alias autem et de sorore mea est filia patris mei et non filia matris mee: et dixi eam in uxorem. Postquam autem eduxit me deus de domo patris mei: dixi ad eam. Dac mihi facies meam. In omni loco ad quem ingrediemur dicet quod frater tuus sum. Tulit igitur abimelech oves et boues et seruos et ancillas et dedit abraam. Responditque illi sarah uxor sua et ait. Terra contra uobis est. ubi cuique tibi placuerit habita. Sarah autem dixit. Ecce mille argenteos dedi fratri tuo hoc erit tibi in uelamento oculorum ad oculos que tecum sunt. et quocumque preteris memeto te deprebendam. Dixit autem abraam. sanauit deus abimelech et uxorem: ancillasque eius: et peperunt. Et cluserat enim dominus oculum uuluum domus abimelech propter sarah uxorem abrae.

¶ L. S. De natiuitate ysaac. et electioe agar cum filio. De federe inito inter abraam et Abimelech ad puteum iuramenti.

¶ Ca. XXI

**U**isitauit autem dominus sarah sicut promiserat et impleuit que locutus est. Concepitque et peperit filium in senectute sua. tpe quo predixerat ei deus. Uocauitque abraam

nomine filij sui quem genuit ei sarah ysaac: et circumcidit eum octauo die: sicut precepit ei deus cum esset centum annorum. Hac quippe etate patris natus est ysaac. Dixitque sarah. Risum fecit mihi deus: et quocumque audierit: coridebit mihi. Risumque ait. Quis auditur? crederet abraam quod sarah lactaret filium quem peperit ei iam senem. Creuit igitur puer et ablatat? est. Fecitque abraam gratias diuinitus in die ablatationis eius. Cumque uidisset sarah filium agar egyptie ludentem cum ysaac filio suo dixit ad abraam. Ecce ancilla haec et filium eius. Non enim erit heres filius ancille cum filio meo ysaac. Dure accepit haec abraam pro filio suo. Cui dixit deus. Non tibi uideatur asperum super puero et super ancilla tua. Quia quod dixit tibi sarah: audi uocem eius. quia in ysaac uocabitur tibi semine. Sed et filium ancille faciam in gentem magnam: quia semine tuum est. Surrexit itaque abraam mane et tollens panem et utrumque aque imposuit scapule eius. tradiditque puerum et dimisit eam. Que cum abiisset. errabat in solitudine bersabee. Cumque consumpta esset aqua in utero: abiicit puerum sub quoniam arboris que ibi erat: et abiit. Sed et regio ne procul quantum potest arcus facere. Dixit enim. Non uidebo mortem puerum. Et sedens contra: leuauit uocem suam et fleuit. Fraudauit autem deus uocem pueri. Uocauitque angelus domini agar de celo dicens. Quid agis agar? Noli timere. Fraudauit enim deus uocem pueri: de loco in quo est. Surge et tolle puerum et tene manum illum. quia in gentem magnam faciam eum. Aperuitque oculos eius deus. Que uidens puteus aque: abiit et impleuit utrumque. deditque puero bibere et fuit cum eo. Qui creuit et moratur est in solitudine. factusque est iuuenis sagittarius. Habitu uisus in deserto pbaran: et accepit illi mater sua uxorem de terra egypti. Eodem tpe dixit abimelech et phicol princeps exercitus eius ad abraam. De te

cum est in uniuersis que agis. Iuxta ergo pro domino ne noceas mihi et posteris meis stirpibus mee: sed iuxta mihi quam feci tibi facies mihi et terre in qua uersatus es aduena. Dixitque abraam. Ego iurabo. Et increpauit abimelech propter puteum aque: quem uis abstulerant seruis eius. Responditque abimelech. Nesciui quis fecerit hanc rem. Sed et tu non indicasti mihi et ego non audiui proter hodie. Tulit itaque abraam oves et boues. et dedit abimelech. Percusseruntque ambo fedus. Et statuit abraam septem agnas gregis seorsum. Cui dixit abimelech. Quid sibi uolunt septem agne iste quas stare fecisti seorsum? At ille. Septem inquit agnas accipies de manu mea: ut sint mihi in testimonium quoniam ego fodii puteum istum. Idcirco uocatus est locus ille bersabee: quia ibi uterque iurauit. et ierunt fedus pro puteo iuramenti. Surrexit autem abimelech et phicol princeps exercitus eius: reuersique sunt in terram palestinoz. Abraam uero placauit nomen in bersabee. et inuocauit sibi nomen dei eterni. et fuit colonus terre palestinoz diebus multis.

¶ L. S. De temptatioe abrae. et ariete imolato pro filio et melchaz genuisse nuchaf. ¶ Ca. XXII

**Q**ue postquam gesta sunt temptauit deus abraam. et dixit ad eum. Abraam abraam. At ille respondit. Adsum. ait illi. Tolle filium tuum unigenitum quem diligis ysaac. et uade in terram uisionis: atque ibi offeres eum in holocaustum: super uentum montium quem monstrauero tibi. Igitur abraam de nocte consurgens. strauit asinum suum ducens secum duos iuuenes et ysaac filium suum. Cumque concidisset ligna in holocaustum abiit ad locum quem preceperat ei deus. Die autem tertio eleuatis oculis uidit locum procul. dixitque ad pueros suos. Expectate hic cum asino: ego et puer illuc usque properantes: postquam adorauerimus reuertemur ad uos. Tulit quoque ligna holocausti: et imposuit super ysaac filium suum. Ipse uero portabat in manibus ignem et gladium. Cumque duo pergerent simul dixit ysaac patri suo. Pater mihi. At ille respondit. Quid uis filii? Ecce inquit ignis et ligna: ubi est uictima holocausti? Dixit autem abraam. Deus prouidebit sibi uictimam holocausti filii mei. Pergebant ergo pariter et uenerunt ad locum quem ostenderat ei deus: in quo edificauit altare. et desuper ligna composuit. Cumque alligasset ysaac filium suum. posuit eum in altare super struem lignorum. Extenditque manum et arripuit gladium ut immolaret filium suum. Et ecce angelus domini de celo clamauit dicens. Abraam abraam. Qui respondit. Adsum. Dixitque ei. Non extendas manum tuam super puerum. neque facias illi quicquam. Nunc cognoui quod timeas dominum. et non pepercisti unigenito filio tuo propter me. Leuauit abraam oculos suos. uiditque post tergum arietem inter uespres herentem cornibus. Quem assumens obtulit holocaustum pro filio. Appellauitque nomen loci illius. dominus uidet. Unde usque hodie dicitur in monte. dominus uidebit. Uocauit autem angelus dominus

s. tii. a

D

1. Reg. ii. d  
Hebrco. xi. c  
Dat. i. a

Jos. xliij. a

Gal. iij. d

B

Roma. ix. b

L

1. xvi. f

D

A  
iudith. vii.  
Debit. r. d

B

L  
1. Mach. ii.

Ecci. xliij. d  
 Hiere. xliij. f  
 Debre. vi. c  
 Gal. iij. a

abraam secūdo de celo dicens. Per memetipm  
 iuravi dicit dominus. q. fecisti banc rem. et non  
 peperisti filio tuo vnigenito ppter me. benedi  
 cam tibi et multiplicabo semē tuū sicut stellas  
 celi et velut arenam que est in litore maris. Pos  
 sidebit semen tuuz portas inimicorū suorum. et  
 benedicent in semine tuo omnes gentes terre  
 quia obedisti voci mee. Reuersus est abraā ad  
 pueros suos: abierūtq; bersabe e simul. et bira  
 uit ibi. His itaq; gestis nunciatū est abraam q  
 melcha quoq; genuisset filios nachor: fratri suo  
 bus primogenitū et bus fratrem ei et chamy  
 el patrem syroꝝ. et caseth et azau. pbeldas q  
 et yedlaf et barbuel. de quo nata est rebecca.

Octo istos genuit melcha nachor: fratri abraaz  
 Concubina vero illius nomine roma peperit  
 thabee et gaon et thaas et maacha.

¶ De morte sare. de emptione agri et spe  
 luncę duplicis in sepulturā ab ebron. XXIII

**A**uit autē sara centum vīgintiseptem  
 annis et mortua est in ciuitate arbee.  
 que est bebron in terra chanaan. Uēit  
 q; abraam vt plangeret et fleret eam  
 Cumq; surrexisset ab officio funeris locutus est  
 ad filios beth dicens. Aduena sum et peregrin  
 nus apud vos dare mibi ius sepulchri vobiscū.  
 vt sepeliā mortuum meū. Responderunt filij  
 beth dicentes. Audi nos domine. Princeps dei  
 es apud nos. in electis sepulchris nostris sepe  
 li mortuum tuum. nullusq; te prohibere poterit  
 quin in monumento eius sepelias mortuum tu  
 um. Surrexit abraā et adorauit pplm terre fili  
 os videlicet beth. Dixitq; ad eos. Si placet aie  
 vestre vt sepeliā mortuū meū. audite me et in  
 cedite pro me apud ebron filius seor. vt det mi  
 bi spelūcā duplicē quā bz in extrema parte agri  
 sui. Pecunia digna tradat eā mibi corā vobis i  
 possessionem sepulchri. Habitatat autez ebron  
 in medio filioꝝ beth. Responditq; ebron ad  
 abraam cunctis audientibus qui ingrediebā  
 tur portam ciuitatis illius dicens. Nequaq; ita  
 fiet domine mi: sed tu magis ausculta quod lo  
 quor. Agrum trado tibi et speluncas que in eo  
 est presentibus filiis populi mei. Sepeli mortu  
 um tuum. Adorauit abraam coram domino et  
 populo terre. et locutus est ad ebron circūstan  
 te plebe eius. Queso vt audias me. Dabo pecu  
 niam pro agro. suscipe eam. et sic sepeliā mor  
 tuum meum in agro. Responditq; ebron. Do  
 mine mi audi me. Terra quam postulas qua  
 dringentos ficos argenti valet. Istud est pre  
 cium inter me et te. sed quantum est hoc. Sep  
 peli mortuum tuum. Quod cum audisset abra  
 am appendit pecuniam quam ebron postula  
 uerat. audientibus filiis beth quadringentos  
 ficos argenti. probate monete publice. Confir  
 matusq; est ager quondam ebronis in quo  
 erat spelunca duplex respiciens mambze tam  
 ipse q; spelunca. et omnes arbores eius in cun  
 ctis terminis eius per circūitum abraę in poss

sessionem videntibus filiis beth et cunctis q in  
 trabant portam ciuitatis illius. Atq; ita sepe  
 liuit abraam saram vxorem suā in spelūca agri  
 duplici q respiciebat mambze. hec est bebron in  
 terra chanaan. Et confirmatus est ager et antrū  
 qd erat in eo abraę in possessionē monumenti  
 a filiis beth.

¶ De mittitur seruus abraę et adducit ysa  
 ac pro vxore rebecca. ¶ Ca. XXIII

**E**rat autē abraaz sener dierūq; multo  
 rum: et dñs in cunctis bñdixerat ei.  
 Dixitq; ad seruū seniorez domus sue  
 q; perat oibus q; habebat. Pone ma  
 num tuā subter femur meū vt adiurē te p deū  
 celi et terre vt nō accipias vxorē filio meo de  
 filiabus chanaanorū inter quos habitō: sed ad  
 terrā et cognationē meā pficiscaris. et inde ac  
 cipias vxorē filio meo ysaac. Rñdit seruū. Si  
 noluerit mulier venire meū in terrā hanc: nun  
 quid reducere debeo filiū tuū ad locū de quo  
 tu egressus es: dixitq; abraam. Eane ne qñ re  
 ducas filiū meū illuc. Dñs celi et terre q; tulit  
 me de domo patris mei. et de terra natiuitatis  
 mee q; locutus est mibi. et iurauit mibi dicens.  
 semini tuo dabo terrā hanc: tpe mittet angelū  
 suū corā te. et accipies inde vxorē filio meo. Si  
 autem mulier noluerit sequi te. nō teneberis  
 iuramento filij tui meū ne reducas illuc. Posu  
 it ergo seruus manū sub femore abraā dñi sui  
 et iurauit illi sup sermone hoc. Tulitq; decē ca  
 melos de grege dñi sui et abiit. et oibus bonis  
 eius portas secum. pfectusq; prexit in mesopo  
 tamiā ad urbem nachor. Quq; camelos fecisset  
 accumbere extra oppidum iuxta puteū aque.  
 vespere eo tpe quō solent mulieres egredi ad  
 hauriendam aquam: orauit dñm dicens. Dñe  
 deus dñi mei abraam occurre obsecro mibi ho  
 die et fac misericordiā cū dño meo abraam. Ec  
 ce ego sto ppe fontē aque. et filie habitatoꝝ hu  
 ius ciuitatis egredientē ad hauriendā aquam  
 Igitur puella cui dixerō: inclina bydriā tuam  
 vt bibā. et illa rñderit: bibe: quin et camelis tu  
 is dabo potū ipa est quā pparasti suo tuo ysa  
 ac: et p hoc intelligam q; feceris misericordias  
 cum dño meo abraā. Necdū intra se verba cō  
 pleuerat: et ecce rebecca egrediebatur filia ba  
 rbuel filij melche vxoris nachor: fratris abraā  
 bñs bydriam in scapula sua: puella decora ni  
 mis virgoq; pulcherrima. et incognita viro. De  
 scenderat autē ad fontem et impleuerat bydri  
 am aqua: ac reuertebat. Occurritq; ei seruus  
 et ait. Paurillum aque mibi ad bibendū prebe  
 de bydria tua. Que rñdit. Bibe dñe mi. Eleuē  
 terq; deposuit bydriam sup vlnā suam. et dedit  
 ei potum. Cumq; ille bibisset: adiecit. Quin et  
 camelis tuis hauriam aquam. donec cūcti bi  
 bant. Effundensq; bydrias in canalibus recur  
 rit ad puteum vt hauriret aquam. et hauriam  
 omnibus camelis dedit. Ipse autem contem  
 plab at eam tacit. scire volens vtrū prosperā  
 b ij

J. xlvij. g  
 i. eo.

Judit. b. i. e

iter suū fecisset deus an non. Postq̄ autē bibe  
runt cameli ptulit vīr inaures aureas appen  
dentes siclos duos: et armillas totidē pondo si  
cloz decem. Dixitq̄ ad eas. Cuius filia. Indi  
ca mibi. Est in domo patris tui locus ad manē  
dum. Que respondit. Filia sum batbuelis filij  
nabor: quē peperit ei melcha. Et addidit dices  
Palarū quoq̄ et feni plurimū est apud nos et  
locus spaciosus est ad manendus. Inclinauit  
se homo: et adorauit dñm dicens. Benedictus  
dñs deus dñi mei abraā. q̄ non abstulit miseri  
cordiam et veritatē suā a domino meo et recto  
stinere me perduxit in domū fratris dñi mei.  
Eucurrūt itaq̄ puella: et nūciauit in domū ma  
tris sue omnia que audierat. Habebat autē re  
becca fratrem nomine laban. Qui festin⁹ egres  
sus est ad boiem vbi erat fons. Cūq̄ vidisset i  
naures et armillas in manibus sororis sue: et au  
disset cuncta verba referentis. hec locutus est mī  
bī hō: ad venit virū qui stabat iuxta camelos. et  
p̄pe fontem aque. dixitq̄ ad eum. Ingredere  
bñdicte dñi. Cur foris stas: preparauit domū et  
locum camelis tuis. Et introduxit eū in bospit  
rium. ac destravit camelos deditq̄ paleas et fe  
num. et aquam ad lauandos pedes cameloz.  
et viroz qui venerant cum eo. Et apposit⁹ est in  
conspectu eius panis. Qui ait. Non comedam  
donec loquar sermones meos. Respondit ei.  
Loquere. At ille. Seruus inquit abraam sum.  
Et dñs benedixit dño meo valde. et magnifica  
tus est. Et dedit ei oues et boues. argentū et au  
rum: seruos et ancillas: camelos et asinos. Et  
pep̄t sara vxor dñi mei filiū dño meo i senectu  
te sua: deditq̄ illi omnia que habuerat. Et adiu  
rauit me dñs meus dicens. Non accipies vro  
rem filio meo de filiabus chananeoz. in quorū  
terra habito. sed ad domū patris mei perges:  
et de cognatione mea accipies vxorē filio meo  
Ego vero rñdi dño meo. Quid si noluerit veni  
re mecum mulier: dñs ait in cui⁹ aspectu am  
bulo. mittet angelū suū tecū: et diriget viam tu  
am. accipiesq̄ vxorem filio meo de cognatione  
mea: de domo patris mei. Innocēs eris a ma  
ledictione mea: cū veneris ad primos meos:  
et nō dederint tibi. Veni ergo bodie ad fontes  
aque: et dñi. Dñe de⁹ domini mei abraam. si di  
retisti viam meā in qua nunc ambulo: ecce sto  
iuxta fontem aque. et virgo que egredietur ad  
bauriedas aquā audierit a me: da mibi paulil  
lum aque ad bibendū de bydria tua. et dixerit  
mibi. et tu bibe. et camelis tuis bauriam. ip̄a est  
mulier quā p̄parauit dñs filio dñi mei. Cūq̄  
hec tacitus mecū voluerem. apparuit rebecca  
veniens cū bydria quā portabat in scapula: de  
scenditq̄ ad fontē et hausit aquā. Et ait ad eā.  
Da mibi paululum bibere. Que festinans des  
posuit bydriam de humero. et dixit mibi. Et tu  
bibe et camelis tuis tribuam potū. Bibi et ada  
quauit camelos. Interrogauitq̄ eā et dixit. Cui  
us es filia. Que respōdit. Filia batbuelis suz.  
filij nabor: quem peperit ei melcha. Suspendit

di itaq̄ inaures ad ornandā faciem eius. et at  
millas posuit in manibus eius. Pronusq̄ ado  
rauit dñm. benedicens dño deo dñi mei abraā:  
qui p̄duxit me recto stinere. vt sumerē filiā fra  
tris dñi mei filio eius. Quāobrem si facitis mi  
sericordiaz et veritatē cū dño meo indicare mi  
bī: si autē aliud placet: et hoc dicite mibi: vt va  
dam ad dexteram siue ad sinistram. Rñderūt  
laban et batbuel. A dño egressus est fmo. Nō  
possumus extra placitū ei⁹ quicq̄ aliud loqui  
tecum. En rebecca coram te est tolle eam: et p̄  
ficiscere: et sit vxor filij domini tui: sicut locutus  
est dñs. Quod cū audisset puer abraam: p̄cidens  
adorauit in terram dñm. Prolatiscq̄ vasis argē  
teis et aureis ac vestibus dedit ea rebecca pro  
munere. Fratribus quoq̄ ei⁹ et matri dona ob  
tulit. Inito cōuiuio vescentes pariter et bibē  
tes manserunt ibi. Surgens autē mane locu  
tus est puer. Dimitte me vt vadam ad dñm me  
um: Rñderuntq̄ frater eius et mater. Mane  
at puella saltem decem dies apud nos. et post  
ea proficiscetur. Nolite autē me retinere. q̄ dñs  
dixerit viam meā. Dimittite me vt pergam ad  
dñm meū. Et dixerunt. Vocemus puellam et  
queramus ipsius voluntatē. Cūq̄ vocata ve  
nisset. scissitati sunt. Uis ire cum homine isto:  
Que ait. Uadam. Dimiserūt ergo eam et delbo  
rem nutriticē illius. seruūq̄ abraam et comites  
eius imprecantes. p̄sp̄era sorori sue atq̄ dicen  
tes. Soror nostra es. Crescas in mille milia et  
possideat semen tuū portas inimicorū suorum.  
Igit̄ rebecca et puelle illius ascensis camelis  
secrete sunt virū: qui festin⁹ reuertebatur ad do  
minū suū. Eo autē tēpore deambulabat ysaac  
per viam que ducit ad puteum. cuius nomē est  
viuentis et videntis. Habibat eī in terra au  
strali: et egressus fuerat ad meditādum i agro  
inclinato iam die. Cūq̄ eleuasset oculos: vidit  
camelos venientes procul. Rebecca q̄ p̄spe  
cto ysaac descendit de camelo et ait ad puerū  
Quis est ille homo qui venit per agrum in oc  
cursum nobis: Dixitq̄ ei. Ipse est dñs meus.  
At illa tollens cito palliū suū operuit se. Ser  
uus autē cuncta que gesserat narrauit domo  
suo ysaac. Qui introduxit eam in tabernaculū  
sare matris sue: et accepit eam vxorem et intran  
tum dilexit eam vt dolorem qui ex morte ma  
tris eius acciderat temperaret.

¶ De sepultura et morte abrae. et filijs bñs  
mabel. De natiuitate Esau et Jacob et vendi  
tione p̄genes.

¶ Ca. XXV

**A**braam vero aliam duxit vxorem no  
mine cethuram que peperit ei zamrā  
et fecan. et madā et madian et isboch  
et sue. Fecan quoq̄ genuit saba et da  
dan. Filij dadan fuerūt. assurim et latbusim et  
laomim. At vero ex madian ortus est ep̄ba et  
ep̄ber et enoch et abida et beldaa. Omēs bñ filij  
cethure. Deditq̄ abraam cūcta que possederat  
ysaac. filijs autē cōcubinarū largitus est mune  
ra. et separauit eos ab ysaac filio suo dū aduc

D

¶ xri. a

¶ eo.

E

S

6

¶

¶ Paral. 16